


*Hirs. fuscus.*

1977

L

1038



ca 38

00 861





3

Contra Libellū fa-  
mosum Janī kalendīs pro  
rostrīs diuulgatū apolo-  
geticōn ex tempore  
Hieronymus Emser.



J.H.  
399.





FFL 1038

K4

Sy

\$

HIERONYMVS EMSER CONSPI  
ratoribus suis Pacem.

I quod iætatis / veri estis Euangelicæ do-  
ctrinæ amatores. O coniurati iuuenes Cur  
contra euangelicū illud . Pacē meam do vo-  
bis / Pacem meā relinquo vobis, pro pace bellū  
obnunciatis? Aut si quid vobis mecum erat caus-  
fæ / cur iuxta domini preceptū non prius inter me  
& vos admonuistis fraterne . q̄ tam crudeliter in  
publicū traduceretis? Ecquid contra verbū Chri-  
sti , & cōmunia nature fēdē alteri facitis / quod  
vobis fieri non velletis? Cur contra Pauli edictū  
fectas & cōtentiones diligitis? Cur diuorum Au-  
gustorum iura violatis : & tacitis nominibus a-  
lienam decerpitis famam , scelus capite plecten-  
dum? Cur minas non tam in famam q̄ vitę salu-  
tem insuper additis? Num hoc etiam in Euāge-  
lio legeratis. Qui gladio pugnāt gladio peribūt?  
Itaq̄ nunq̄ mihi persuadebitis / Viginti vos esse  
vtroq̄ stilo nobiles, sed Rhetorculum/ gr̄eculum  
ue / vnum aut alterum / noctis herebiq̄ filium : eo  
q̄ tenebrarum sunt opera vestra , nec in luce palā  
ambulatis Idq̄ adeo mihi fit verisimile q̄ cū pri-  
moribus inclitè Academię nostrę qui tam stilo q̄  
virtute & eruditione vere sunt nobiles / bene con-  
uenerit semper . De quibus vel hodie ea plane mi-  
hi stat sentencia. q̄( memores vt maiores eorum  
olim ex Praga profugi inclytam & catholicā hāc  
sibi vrbem / sedē propterea legerint / ne Hussitica  
contaminarentur illic hæresi ) minime cōmissu-  
ri sint Academiā hanc iam vetulam post fornica-

A ij

tionem tandem abire: que nec adolescentula in adul-  
teros istos verbi dei cōsentire voluerit: Nec prin-  
ceps id patietur Catholic⁹ & omniū Christianis-  
simus, Deijs igitur ita senciens , ne locum apud  
ceteros mendacia vestra inueniant/ obiecta mihi  
crimina paucis diluam. Primum Sueiam Do-  
ctorum virorum altricem, Patriam non erubes-  
co / Nec erubescit illa me, a qua non profugus  
sed forte fortuna, & bonarum litterarum amore  
Lipsiam olim veniens ab illustrissimo ipsius prin-  
cipe in secretarium adscit⁹ sum / qui vbi litteris me  
animaduertit deditum/liberalitate sua tanto prin-  
cipe digna /in studia primum mihi sumptus/ de-  
inde beneficia etiam contulit ecclesiastica, que lit-  
terario sufficeret ocio . Nec hodie quidq̄ necessa-  
rium deesse patitur Sacerdotia .n.ampla aut quid  
supra fortunam meam nunq̄ concipiui . Sed deci-  
mū igitur hic annū ago (deo propicio ) inter pro-  
bos probe inter doctos studiose cōuersatus , mē-  
diorum /libidinum /adulationis /obtrectatio-  
nis hypocriseos & id genus, obiectorum mihi sce-  
lerum /tam alienis q̄ publicus etiā hostis Si quis  
secus accusauerit aut penam mihi , aut talionem  
illi iura decernent : quibus me sisti iubeo .Erasmo  
vero (quod ad inuidiā mihi cōcitandā effinxistis  
nequierer) maledicere nemo me audiuit vnq̄ . In  
verba tamen (ip̄ius licet alioqui vnice venerer) nō  
sum iuratus , Lutheri dogmata eatenus quaten⁹  
recte sentit nō impugno. Vbi vero in Hussiticam  
& Wickleffiticā declinat heresim : pedibus ab eo  
discedo Humanas romani pontificis aut Impera-  
toris leges Christi institutis non prefero : eñsdem



tamē obtemperandum Christi & apostolico ins-  
tructus prēcepto / confidenter assero . Christi em̄  
vox hec est : nō veni soluere sed adimplere legem .  
Qui cum propter nos hominibus subditus & ad  
mortem usq; fuerit obediens : Cur homuniones  
nos pudeat propter ipsum parere illis / quibus li-  
gandi ac soluendi tradit potestatē in celo & in ter-  
ra ? Cum & Paulus precipiat omnē animam sub-  
iectam esse debere potestatib⁹ sublimioribus : Et  
Petrus iubeat obediare nos prēpositis etiam disco-  
lis . Eam vero libertatē ad quam vos aspirare vi-  
demini Petrus veteris velamen malicie & Paulus  
carnis vocat occasionem . Nec aliter a Christo li-  
bertati nos esse donatos p̄dicat nisi ut liberi a pec-  
catis serui nihilominus essemus iusticię . Hęc sunt  
quę non in gratiam Pontificis / Eccij / aut cuius-  
cumq; alterius / nec etiam in odium Martini / sed in  
catholicę veritatis testimonium palam assero Ni-  
hil . n . mihi cū factionibus istis vestris / nihil cum  
Eckio nihil cum Martino / qui nec Eckij nec Mar-  
tini sed Christi sum sacerdos Q , si quid hactenus  
siue per Pontificem & suos siue per nostros pecca-  
tum est sacerdotes ( quoniam iuxta proverbum  
hic & Romę venditur piper ) Emendādum illud  
boni : equiq; consulo Tollenda vero propterea pe-  
nitus omnium maiorum instituta nō concesserim  
Studiorum reslorescenciā & grecę p̄cipue lingue  
Ita tandem probauerim : si iuxta Chatonis sentē-  
ciam non etiam pergręcemur Nec cū litteris grę-  
cis gręca simul sequamur mendacia errores & scis-  
mata . Contra Martinum autem ( vt ingenue fate-  
ar ) ea de causa scribo qua & primam cępi episto-

A ij

Iam : q̄ scilicet fidelem Christi populum ex scrip-  
tis ipsius scissum ac grauiter offendit ad unitatē  
reuoē catholicā: extra quā null⁹ vñq̄ saluabitur  
Scribo tñ nō vt cēsor : veluti quidā p̄cipitē Iudicij  
calculū antea tulere q̄ iudices fuissent deputati ,  
Sed vt opposita sibi per me chatolicorū scriptorū  
doctrina , lectori liberū sit/noua sequi aut vetera  
tueri Nec arbitror, ob hoc male auditurā A cades-  
miam nostrā /nisi a pessimis Male autē potius au-  
dient qui propter avariciam heretica vulgauere  
Scripta His igitur o insensati ac fascinati iuuenes  
animū aduortite neq̄ saluti illius qui salutem vo-  
bis afferre parat insidias struite / neq̄ litteras ves-  
tras bonas malis infamate artibus . Q, si omni-  
no obstinatus est animus: non est ( mihi credite )  
q̄ bellum hoc muliebriter deplorem, quod Demo-  
criti risu, dignū poti⁹ indicauerim. Decretū est.n.  
tam in bono me fore confidentem / q̄ in malo vos  
pertinaces / Nam vt minē ille vestre magnificē /  
medium attingant scopum: Vitam forte tot iuue-  
nes validi vni mihi eidemq̄ emerito eripere po-  
teritis Fidem Christi ( ipso confortāte ) nūq̄ auf-  
ferretis. Famā vero ( quam nunc suffurari nitimi-  
ni ) vel in sepulcro inueniā. At vos sperate deos  
memores fandi atq̄ nefandi .

In eisdem Viginti utroq̄ ( vt iactant )  
stilo nobiles.

Nobilitas si hēc est / stilo configere passim  
Quenq̄ leui : quis non nobilis esse queat ?



203.






77 L 1038

X2208232





## Farbkarte #13

B.I.G.	Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow	Green	Cyan	Blue
8									
7									
6									
5									
4									
3									
2									
1									
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9

Contra Libellū fa-  
mosum Janī kalendis pro  
rostris diuulgatū apolo-  
geticōn ex tempore  
Hieronymus Emser.



J.H.  
399.

